

tionem, facias, dices, geras, & exequaris: ac in omnibus, & singulis premissis quarumcumque personarum etiam ecclesiasticarum, Regularium quorumcumque Ordinum, etiam quacumque dignitate, etiam episcopali, vel majori fulgentium operataris, easque cum facultatibus per te illis prescribendis subdeleges, ita tamen, ut de gestis, & exequitis per te, aut mandato tuo per quoscumque alios tu, vel illi Nobis, aut Romanis Pontificibus Successoribus nostris, aut S. R. E. Cardinalium Collegio, vel quibuscumque aliis, ut presertur, preterquam soli Deo rationem aliquam ullo unquam tempore reddere minime teneamini, neque ad id cogi, vel compelli possitis. Insuper Civitatis, Oppidi, Terra, Castri, vel loci, in quo, seu qua te tempore obitus dicti Francisci Mariae Ducis esse contigerit, corporalem, realem, & actualem possessione solum per te ipsum, aliis tamen modo, & forma premissis capias, & apprehendas, etiam private quoad diversas alias expressas personas, quibus similes pro premissis peragendis facultates pariter concessimus, quas quidem facultates eisdem personis quoad hoc suffragari nullo modo volumus: super quibus omnibus, & singulis plenam, liberam, absolutam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem tenore presentium tibi concedimus, & impartimur.

Preceptum de illi patendo.

§.5. Injungentes propterea eisdem Cardinalibus de Intere Legatis, ac mandantes Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis predictis sub interdito ingressus Ecclesie, ac suspensionis a divinis, & tam iis, quam quibuscumque Gubernatoribus, Praesidentibus, Locatentibus, Pratoribus, necnon Thesaurariis, Dataris, & Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, & aliis Officialibus, & ministris, quibuscumque nominibus nuncupentur Sedis, & Camerae predictarum in Statibus nostris predictis existentibus; Baronibus quoque, Domicellis, Ducibus, Marchionibus, necnon Communitatibus, Universitatibus, & hominibus quibuscumque, ac etiam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus personis predictis, demumque universis, & singulis subditis nostris immediatis, & mediatis in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, necnon rebellionis, ac etiam excommunicationis latae sententiae poenis, ut tibi in omnibus, & per omnia, quacumque excusatione, tergiversatione, & impedimento remotis, prompte pareant, obediant, & assistant, tuaque iussa, monita, & mandata aequae, ac nostramet, ea qua decet obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin sententiam, sive poenam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Camerario vero, Thesaurario Generali, & Praesidentibus Clericis, aliisque Camerae Apostolicae praedictae ministris, ut impensas hujusmodi per te faciant, & illarum partitas per te, si tu expen-

farum rationem, ut presertur, reddere volueris, exhibendas in eisdem Camerae Apostolicae libris describant, & accipiant, & bonas faciant.

§.5. Non obstantibus fe: rec. Pii IV. de gratis interesse Camerae Apostolicae concernen. in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus presentandis, & registrandis, ac Sixti V. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum contra bannitos, & alios facinorosos editis, necnon aliis apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ducatus, Civitatum, & aliorum locorum praedictorum, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis quibusvis personis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, & ad verbum permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 27. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Derogatio contrarium

Dat. die 27. Dec. 1624. An. II.

XCVI.

Facultas Nuntio Apostolico inferioris Germaniae exhibendi habitum Militiae Christianae tribus personis per Consilium ejusdem Militiae nominandis.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Ven. fratri Petro Aloysio Episcopo Tricariceno Nostro, & Sedis Apostolicae in partibus inferioris Germaniae Nuntio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper supplicationibus dilectorum filiorum Nobilium virorum Ferdinandi Mantuae, ac Caroli Niverneni. Ducum, necnon Adulphi Comitum de Althan Nobis humiliter porrectis inclinati, unam Militiam Christianam sub titulo Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae apostolica auctoritate creximus, & instituimus, illique sic erectae, & institutae privilegia, gratias, & Indulta concessimus, aliaque in Militiae hujusmodi favorem fecimus, statuimus, & ordinavimus. prout in nostris desuper sub Plumbo expeditis literis plenius continetur.

Recente instituta a te Militia Christianam.

§.2. Quare cupientes, ut ii, qui peculiariter erga fidem catholicam devotione ducti habitum praedictae Militiae fratres gestari solitum suscipere, & professionem per eos emitti consuetam, suo tempore expresse emittere voluerint regulares, desiderii sui compotes fieri facilius valeant, quantum cum

Facultatem Nuntio Apostolico tribui de qua in Rubrica.

cum Domino possumus, opportune providere, nec non Literarum praedictarum tenores presentibus pro expressis habentes, supplicationibus etiam Ferdinandi, ac Caroli Ducum, necnon Adulphi Comitum praedictorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuae, sive a te deputandis, ut tribus personis qualificatis infra limites tuae legationis existentibus a Consilio ejusdem Militiae nominandis nostro tamen, & S. R. E. temporali dominio non subditis, habitum praedictum servata in omnibus, & per omnia Constitutionum ejusdem Militiae apostolica auctoritate confirmatarum forma exhibere, seu exhiberi facere, ipsique personis, ut habitum praedictum suscipere, & professionem hujusmodi suo tempore expresse emittere libere, & licite possis, & valeas, ac possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Derogat obstantibus.

Dat. die 30. Dec. 1624. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

XCVII.

Confirmantur Constitutiones editae pro Collegio Hibernorum Lovanii erecto.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Editas pro Collegio Lovanienfi Constitutiones.

§.1. Cum, sicut pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & Alumnorum Collegii Hibernorum nuncupati nuper in Oppido Lovanii Meclinien. Dicecesis per Nos apostolica auctoritate erecti, Nobis nuper expositum fuit, pro felici prosperoque ipsius Collegii regimine, & gubernio nonnullae regulae, constitutiones, & statuta edita fuerint, ac pro inviolabili eorum observatione plurimum cupiant illa apostolicae nostrae confirmationis robore communiri.

Confirmat Pontifex.

§.2. Nos Rectoris, & Alumnorum praedictorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio propaganda in universum mundum fidei praefectorum, quibus Regulas, Constitutiones, & statuta hujusmodi examinanda mandavi-

mus, consilio, Regulas, Constitutiones, & statuta praedicta apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuo approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiacimus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus.

Et praecipit observari.

§.3. Nec non Regulas, Constitutiones, & statuta hujusmodi in praedicto Collegio ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogat contrariis.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 13. Januar. 1625. An. II.

XCVIII.

Congregationi Oratorii D. N. J. C. Parisiis erectae communicantur Privilegia Congregationi Oratorii a B. Philippo Romae instituta a Romanis Pontificibus concessa.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS EPISCOPUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctum apostolatus ministerium, quod ineffabilis divinae sapientiae providentia humilitati nostrae, nullo licet meritum suffragio, creditur, jugiter postulat, ut Catholicae Religionis, divinique cultus augmento, & animarum salutis indefessis studiis consulentes, piisque Christianifidelium votis ad ea tendentibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuentes, personarum ecclesiasticarum quarumlibet vota Religionis propagationem, & augmentum concernentia ad exauditionis gratiam admittamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Procurium.

§.1. Sane dilectus filius Petrus de Berulle Praepositus Generalis Congregationis Oratorii Domini Nostri Jesu Christi nuncupatae Parisien. Nobis nuper exponi fecit, quod dilecti filii Presbyteri, ac Clerici ejusdem Congregationis, quae Congregationi Oratorii B. M. in Vallicella etiam nuncupatae de Urbe a S. Philippo Nerio fundatae admodum conformis est, Sacramentorum ecclesiasticorum administratione, assiduisque verbi Dei praedicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis cum magno spirituali Christianifidelium illarum partium fructu sedulo se se exercent.

Causae petendi, obtinendique privilegia.

§.2. Quare Nos, ut Presbyteri, & Clerici praedicti in hujusmodi piorum operum exercitio magis confoveantur, felicioribusque in dies proficiant incrementis, opportune providere, dictumque Petrum, ac Presbyteros, & Clericos praefatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &

Communicatio privilegiorum, de qua in Rubrica.

firmitatis robur adiciamus, eidemque Religionis, & Fratibus, ut se ad onera in dicta donatione, ut praesertim in iuncta, quamvis perpetua, praemissis non obstantibus, obligare possint, concedimus, & indulgemus, eisdemque ad praemissa dicta auctoritate ad effectum executionis donationis praedictae efficaciter, & opportune habilitamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, dictamque acceptationem cum oneribus, & conditionibus praefatis factam subsistere.

§.4. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios iudicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Januarii 1625. Pontificatus Nostri Anno secundo.

C.

Uladislaus Regis Poloniae Filius Ensc, & Pileo donatur.

Dilectissimo in Christo filio nobili viro Uladislae charissimi in Christo filii nostri Sigismundi Poloniae & Suetiae Regis Uladivi nato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir salutem & Apostolicam Benedictionem.

§.1. Immortales christianae fortitudinis laudes, quas, vel in ipso aetatis flore Nobilitas tua sibi comparavit, nemo conticecit. Illas relata sapissime ex profigatis christiani nominis hostibus trophaea filere non possunt. Illas Barbarorum agmina, quae toties vitam sibi fuga querere coegisti abunde loquuntur. Illas denique publica paterni Regni felicitas uberrime contestatur. Nos vero quanto majori animi iucunditate perfundimur, gloriosa per nobilitatem tuam edita facinora memoria repetentes, tanto impensius optamus, aliquod paternae, qua te jure optimo complectimur, voluntatis, & eximia virtutis, qua Regia inivisti Genitoris decora feliciter aemularis, extare monumentum.

§.2. Cum igitur pius, idemque pervertustus mos inoleverit, ut Romanus Pontifex, nocte Christo nascenti sacra, Ensem, & Pileum solemniter benedictum, vel Regibus, vel aliis de Catholica Religione optime meritis Principibus deferri jubeat: Nobilitati tuae, quam his diebus ad Almam Urbem nostram Sacrosancti Jubilaei celebritas evocavit, Ensem, & Pileum, per nos de more benedictos, Apostolica

Præclara Uladislai Indoles.

Ensc, & Pileo donatur.

benignitate gratiose donamus: divinam precantes clementiam ut mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Dextram tuam hoc munere praemuniam perditę gentes, quae Deum non noverunt, suae sentiant impietatis vindicem, & caput tuum veluti galea salutis armatum Christiani nominis hostes expaveant. Quae quidem nobilitati tuae maxime in votis esse nos pro comperto habentes, eamque diligentissime curaturam minime dubitantes, Apostolicam Benedictionem ei peramanter impartimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 19. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

CI.

Præscribitur, quo pacto sanctimoniales, alique impediti, Indulgentias Anni Sancti lucrari possint.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pontificia sollicitudo quamvis omnium Christi fidelium saluti prospiciat, praecipue tamen spiritualibus Sanctimonialium profectibus, paternae charitatis affectu, studet providere: ipse enim sunt filiae, quae oblita populum suum, & domum patris sui, animi splendore caelestem Regem oblectant; ipse sunt prudentes virgines, quae lampades suas, charitatis flamma succensas, provide aptantes, meliorem partem elegerunt, & dum vitam caelitus petitam ducunt, non modo sibi ipsis ad caelum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus ceteris quoque Christianis eam aperire student. Quare summo opere optandum est, ut vitae rationem, quae eas Angelis quodammodo aequat, constantissime retineant, ac dent operam, ut sicuti praecelatos hic agunt de carne in carne triumphos, ita post hujus vitae certamina in caelesti patria feliciter coronentur. Quoniam autem consimile vitae genus quamplurimi Anachoretae, atque Eremitae, ut supernarum rerum contemplationi securius vacent, laudabiliter elegerunt; spiritualibus quoque ipsorum incrementis, paternis visceribus, maxime ducimus consulendum.

§.1. Cum igitur tam ipsi, quam praedictae Sanctimoniales perpetua vivant clausura mancipatae; Necnon multi, ut accipimus, utriusque sexus Christi fideles, partim carceribus detenti, partim vero diuturna infirmitate praepediti, non solum in Alma Urbe nostra, & Italia, sed in aliis etiam regionibus, provinciis, & locis reperiantur, qui, & quae respective, impedimentis hujusmodi remotis, pro percipiendis praesentis Anni Jubilaei fructibus, ad Almam Urbem nostram omnino veniant, & Basilicas, Ecclesiasque ad id deputatas, benedicente Domino, indubitanter visitarent, ob pra-

Dat. die 19. Januarii 1625. An. II.

Sanctimonialibus, Eremitis infirmis, aliisque impeditis.

quominus Ecclesias desertas visitare possint Anno Sancto.

CII.

ob praedicta impedimenta, ad Urbem hujusmodi minime venire, neque respective Basilicas, & Ecclesias ipsas visitare valeant.

Urbanus consultit, modo, qui praescribitur.

§.2. Nos pro pastoralis officii nostri debito, paternaeque charitate, illorum omnium animarum saluti, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes: Omnibus, & singulis Sanctimonialibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis hujusmodi, necnon utriusque sexus Christianis, tam carceratis, quam infirmis praedictis tantum, & qui alias, impedimentis longae carcerationis, ac diuturnae infirmitatis celsantibus, ad hanc Almam Urbem, pro thesauris spiritualibus hujusmodi consequendis, venturi fuissent, vere poenitentibus, & confessis, quod in locis, ubi eos esse contigerit, pia christiana pietatis, & charitatis opera, juxta formam ab Ordinariis locorum, seu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujusmodi Superioribus, vel de eorum mandato, a prudente Confessario, in Alma vero Urbe a dilecto filio nostro Vicario, seu ejus Vicegerente tantum, praescribenda, pro cuiuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita, exercendo, & aliis nostris in literis indictionis Anni Jubilaei contenta adimplendo, omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones etiam plenissimas consequantur, & eorum quilibet consequatur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc praesenti Anno Jubilaei, diebus ad id statutis, quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almae Urbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Jubilaeum, & Indulgentiae praedictae concessae sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret.

Cum facultate Confessionum sibi delegandi.

§.3. Eisdemque Sanctimonialibus, & Christianis impeditis hujusmodi, ut ad effectum praesentium Confessariorum Praesbyteros seculares, vel cuiusvis Ordinis regulares ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos, qui Confessionibus eorum diligenter auditis eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Apostolicae Sedi reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini contentis, in iuncta eis poenitentia salutari, absolvere possint, eligere valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus, & indulgemus.

Contraria derogatis.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Hujusmodi concessionis exemplis creandi jubet.

§.5. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis etiam impressis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. die 28. Januarii 1625. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 28. Januarii 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Deputatio Ecclesiae Sanctae Mariae Transyberim loco Ecclesiae Sancti Pauli extra Urbem stante suspitione pestis, una cum concessione (cumulative tamen) omnium indulgentiarum, ac spiritualium gratiarum dictae Ecclesiae Sanctae Pauli concessarum pro praesenti Anno Sancto.

Indictionem Anni Sancti posuimus supra Const. L. Omnes Gentes ut supra pag. 210.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Paterna Dominici Gregis cura, quam misericordiarum pater, & consolatoris Deus humilitati nostrae, nullo licet meritum suffragio, commisit, a Nobis postulat, ut apertis abundantius praesenti Anno Jubilaei Ecclesiae thesauris provideamus, quo Grex ipse thesaurus hujusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur, & si qua pium ejusdem Gregis in praemissis desiderium impedire, seu retardare posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removeamus.

§.1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnullae Regni Siciliae Civitates, Oppida, & Terrae innumeris malis, atque incommodis ob sevientem inibi pestiferam contagionis morbum miserabiliter conflentur, & propterea pro avertendis, quantum divinae bonitati placuerit, in hac Alma Urbe nostra, totaque ditone Ecclesiastica, & reliquis Italiae partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christianis ad percipiendos spirituales ejusdem Jubilaei fructus Ecclesiam Sancti Pauli extra muros Almae Urbis nostrae unam ex quatuor ad id deputatis visitare volentibus, mora, atque impedimentum inferantur.

§.2. Idcirco pro pastoralis, quam procuranda ejusdem Gregis animarum salutis impendere tenemur, sollicitudine spirituali Christianis praedictorum consolationi, benedicente Domino, consulere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi; Omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, qui Ecclesiam Sanctae Mariae Transyberim loco Ecclesiae Sancti Pauli praedictae visitaverint, & praescripta, atque in iuncta pro consequendis spiritualibus ejusdem Jubilaei fructibus adimplerint, quod omnes, & singulas indulgentias etiam plenissimas, & peccatorum remissiones, necnon poenitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales eisdem prorsus modo, & forma consequantur, cumulative tamen, non autem privative quoad Ecclesiam Sancti Pauli praedictam, quas consequerentur, si ipsam Ecclesiam Sancti Pauli visitarent, ibique praescripta, & in iuncta; ut praesertim, adimplerent, quodque ad

Procuriam.

Causi forende Constitutionis.

Deputatio de qua in Rubrica.

eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Petri nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: omnia, & singula privilegia, facultates, gratias, & Indulta quæcumque tam spiritualia, quam temporalia secundodictæ Congregationi, illiusque Præpositis, ac Presbyteris, & Clericis, aliisque personis, necnon Oratorio parvo nuncupato etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pont. Prædecessores Nostros, seu Nos quomodolibet concessa, ac quibus eadem secundo dicta Congregatio, illiusque Præpositus, Presbyteri Ecclesiastici, & personæ, ac Oratorium hujusmodi de Jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utantur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum: dummodo tamen sint in usu, nec revocata, aut sub ulla revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut constitutionibus apostolicis repugnent, primodictæ Congregationi, illiusque Præposito generali, Presbyteris, Clericis, & personis etiam de Congregatione exteriori laicorum nuncupata existentibus, apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus, illaque omnia, & singula primodictam Congregationem hujusmodi, illiusque Præpositum Generalem, Presbyteros, Clericos, & personas prædictas, itaut eadem primodicta Congregatio, illiusque Præpositus Generalis, Presbyteri, Clerici, & Personæ hujusmodi nunc, & pro tempore existentes domorum ejusdem primodictæ Congregationis de Ordinariis tamen locorum, in quibus illa erecta reperiantur, licentia, præmissis omnibus, & singulis æque, & pariformiter, ac sine ulla differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, perinde ac si singula præmissa illis specialiter, & expresse, ac principaliter, non autem ad instar concessa, & presentibus expressa, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, inserta fuissent, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, illaque omnia, & singula primodictæ Congregationis, illiusque Dominibus, necnon Præposito generali, Presbyteris, clericis, & personis prædictis communicamus.

Clausula.

§.3. Decernentes presentes Literas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac ir-

ritum, & inane; si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, secundodictæ Congregationis hujusmodi etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem proferri fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 14. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

XCIX.

Indultum Fratribus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula accipiendi legata cum perpetuo onere Missarum, & suffragiorum.

URBANUS PAPA VIII.

At perpetuam rei memoriam.

Apostolicam decet benignitatem ultimis pie testantium voluntatibus favere, & ut illa suum fortiantur effectum, etiam Strictiorum Ordinum Regularia Instituta interdum relaxare, maxime cum relaxatio hujusmodi ad divini cultus incrementum tendere dignoscitur, & vota Personarum Regularium, præsertim Reformatorum, hoc à Nobis exposcunt.

§.1. Sane Nobis exponi nuper fecit dilectus filius Bartholomæus Levius Provincialis Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula in Provincia, & Comitatu nostro Venetino, quod de anno Domini 1609. tunc in humanis agens Magdalena de Lagnet, dum viveret Domina in temporalibus Oppidi de Causans, devotionis zelo ducta, titulo donationis irrevocabilis, que dicitur inter vivos, donavit dicto Ordini septem millia scuta moneta, duo millia videlicet ad effectum construendi Ecclesiam sub invocatione Assumptionis Divæ Genitricis Mariæ, & Conventum dicti Ordinis in Civitate Carpenteratensi, & quinque millia scuta ad sustentationem 12. Religiosorum dicti Ordinis, clecta per ipsam sepul-

Contrariis derogatio.

Transumptis danda fides.

Proterium.

Motiva, & facti narratio.

sepultura in dicta Ecclesia, sub Sedis Apostolicæ beneplacito, sic construenda, pro ejus corpore humano, oneratisque ejus hæredibus, quique fuerint, ut si ipsa non dedisset dicta scuta 7000. Ordini prædicto, statim ea sancta vita darent ipsi duo millia scuta ad effectum prædictum Provinciali dicti Ordinis pro tempore presenti: reliqua vero 5000. scuta darentur in pensionem annuam ad favorem dicti Conventus. Cumque pro dicta Ecclesia, & Conventu construendis locus commodus in dicta Civitate non reperiretur, bonæ mem. Horatius tunc Episcopus Carpenteratensis Oratorii prope, & extra mœnia Castri, seu Fortalitii loci de Venosco Carpenteratensis Diocesis, ad mensam illius Episcopalem spectans, ac minime collativum, eidem Fratribus obtulit: ipsaque Magdalena donatrix requisita de ejus consensu dictis fundationi, & donationi eidem præstando, anno Domini 1613. declaravit, se gratum habere, dictam Ecclesiam, & Conventum per eam fieri ordinatum in Civitate Carpenteratensi fieri, & erigi in dicto Oratorio, quatenus supradictus Horatius Episcopus illud sub dicta Sedis Apostolicæ beneplacito à Mensa Episcopali dismembraret, & sine aliquo onere pro constructione dictæ Ecclesie liberaret, & concederet: & nihilominus idem Horatius Episcopus Oratorium prædictum non pure, & libere dictis Fratribus concessit juxta mentem fundatricis, imo sub diversis oneribus, & conditionibus, unde mortua dicta Magdalena de anno ejusdem Domini 1615. institutis hæredibus universalibus dilectis filiis Presbyteris Doctrinæ Christianæ Avenionensis, introductoque judicio in Rota pro consequitione dictorum septem millium scut. ad effectum prædictum, fuit denegata pro tunc exequutio, quia assignatio dicti Oratorii non fuerat facta libere: quod ut componeret sel. rec. Greg. Papa XV. Prædecessor noster, ad supplicationem Venerabilis Fratris Cotturi Moderni Episcopi Carpenteratensis, & dilecti filii Joannis à Turre tunc Provincialis Ordinis Minimorum in dicta Provincia, & Conventu Venetino, oneta quæcumque in dicto Oratorio apposita apostolica auctoritate in Conventum Avenionensem ejusdem Ordinis transtulit. Oratoriumque prædictum in omnibus, & per omnia exoneravit, iterumque petita executione in Rota, & ostensa liberatione Oratorii, fuit relaxatum mandatum.

Motiva ad verificationem pro non tollendo legato.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Aversarii more Reorum solutionem dictorum scutorum 7000. effugere, aut saltem protrahere omni eorum conatu satagentes, dederint ultimo loco de obstantia regule dicti Ordinis Minimorum, qua expresse cavetur, ne dicti Religiosi, qui sub perpetua quadragesimali vita, & ex mendicatis elemosynis vivunt, perpetuas Missas, seu aliqua suffragia perpetuo, particulariter, & in specie, ac ultra quinquaginta annos suscipere valeant: cumque donatio prædicta habeat hujusmodi opera, & conditiones requisitas, licet cre-

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

datur eas omnino fore reiiciendas, ac favore piæ causæ, Ecclesie scilicet construendæ, ac alimentorum dictis duodecim Religiosis præstandorum, juris interpretatione haberi pro non appositis, concurrente præsertim indulto ex literis bon. mem. Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum, olim Summi Poenitentiarum, quibus concedebatur Fratribus prædictis facultas acceptandi in posterum dicta onera quamvis perpetua Missarum, absque conscientie scrupulo, regula prædicta non obstante: ac attenda etiam resolutione alias capta in generali Capitulo in Civitate Januensi celebrato, non esse essenziale in regula, quod fratres non possint se obligare ad onera perpetua; nihilominus quia postmodum in actis Capituli Generalis habiti Paulæ Regula prædicta confirmata fuit, & recessum à resolutionibus captis in Capitulo Januæ, actaque recessus prædicti fuerunt a sel. record. Paulo Papa III. similiter Prædecessore nostro in forma specifica confirmata.

Pontif x Fratres habiles facit ad acceptandum legatum cum perpetuo onere Missarum.

§.3. Idcirco ad tollenda omnia subterfugia partis, penes quam effici non potest, ut pecuniæ, ut supra, donata remanere debeant, ac ut celerius pro Divini cultus incremento, & pro observacione voluntatis prædictæ donatricis Ecclesie, & Conventus præfati edificari possint, neque diutius suum cadaver inhumatum deseratur, quæ ipsi sepeliendo dictam Ecclesiam propriis impensis exstrui mandavit; Nos eundem Bartholomæum Provinciale specialis gratiæ favore prosequi volentes, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, porrectis nobis pro parte sua super hoc supplicationibus inclinatis acceptacionem prædictæ donationis in Capitulo generali dicti Ordinis jam factam cum onere celebrandi, seu celebrare faciendi unam Missam submissa voce omnibus diebus Dominicis, & aliis de præcepto Ecclesie festivis in perpetuum in Cappella loci de Causans, conditione item superaddita, quod preces, seu Hora publicæ Canonice, quæ dietim in dicto Conventu, & Ecclesia sic construenda dicuntur, Matutinum scilicet, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium, necnon etiam Missa, quæ Conventualis dicitur, & solet a dictis Fratribus celebrari in omnibus eorum Ecclesiis pro salute animarum earumdem Ecclesiarum fundatorum, ac aliæ omnes Missæ, votivis exceptis, dicantur, & applicentur ad intentionem ipsius fundatricis, juxta formam Instrumentorum dictarum donationum, dummodo tamen dicta donatio, ut præfertur, in Capitulo generali præterito fuerit acceptata, apostolica auctoritate, tenore presentium in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, ac illi perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ

P p firmi-

effectum huiusmodi dicta Ecclesia S. Mariae Transyberim omnibus, & singulis Indulgentiis etiam plenariis, & plenissimis stationibus, peccatorum remissionibus, poenitentiarum relaxationibus, aliisque quibusvis gratis spiritualibus tam circa Altarium quorumcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Ecclesia S. Pauli extra muros huiusmodi utitur, potitur, & gaudet, ac uti, potiri, & gaudere possit, & poterit quomodolibet in futurum, pari modo, & aequè principaliter sine ulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus nostra de non concedendo Indulgentiis ad iustas, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat valituris.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur Deputatio Ecclesiarum S. Mariae de Populo, Sanctae Mariae Transyberim, ac S. Laurentii in Lucina de Urbe, loco Ecclesiarum Sancti Sebastiani, Sancti Pauli, & Sancti Laurentii extra muros, pro septem Urbis ejusdem Ecclesias visitantibus.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Paterna Dominici Gregis cura, quam misericordiarum pater totius consolationis Deus humilitati nostrae, nullo licet meritorum suffragio commisit, a Nobis postulat, ut apertis abundantius presenti Anno Jubilei Ecclesiae thesauris, provideamus, quo Grex ipse thesauros huiusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur; & si quae pium ejusdem Gregis in praemissis desiderium impedire seu retardare posse dignoscantur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnulla Regni Siciliae Civitates, Oppida, & Terrae innumeris malis, atque incommodis ob sevientem inibi pestiferae contagionis morbum miserabiliter consistantur, & propterea pro avertendis, quantum Divinae bonitati placuerit, ab hac Alma Urbe nostra, totaque ditione ecclesiastica, & reliquis Italiae partibus hujus pestilentiae periculis,

evenire possit, ut Christianis septem Ecclesias Almae Urbis nostrae, & extra illius muros devotionis causa visitare volentibus, circa eas, quae extra muros huiusmodi sunt, mora atque impedimentum inferatur.

§. 2. Idcirco pro pastorali, quam procuranda ejusdem Graeciae animarum saluti impendere tenemur, sollicitudine spirituali Christianis praedictorum consolationi, benedicente Domino, consulere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; Omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, qui Sanctae Mariae de Populo nuncupatae, loco Sancti Sebastiani, ac etiam Sanctae Mariae Transyberim loco Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii in Lucina etiam nuncupatae Ecclesiae ejusdem Almae Urbis loco Sancti Laurentii Ecclesiarum extra muros huiusmodi visitaverint, & praescripta, atque injuncta pro Indulgentiis, & aliis gratis spiritualibus, quibus Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesia extra muros huiusmodi decorata sunt, consequendis adimpleverint, quod omnes, & singulas Indulgentias plenarias, & peccatorum remissiones, necnon poenitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales, etiam pro animabus defunctorum, eisdem prorsus modo, & forma consequantur, cumulative tamen, non autem privative quoad Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias extra muros huiusmodi, quas consequerentur, si ipsas Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias extra muros visitarent, ibique praescripta, & injuncta, ut praesertim, adimplerent, quodque ad effectum huiusmodi Sanctae Mariae de Populo, ac Sanctae Mariae Transyberim, necnon Sancti Laurentii in Lucina Ecclesiae praedictae omnibus, & singulis Indulgentiis etiam plenariis, & stationibus, peccatorum remissionibus, poenitentiarum relaxationibus, aliisque quibusvis gratis spiritualibus, tam circa Altarium quorumcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Sancti Sebastiani, & Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesiae extra muros huiusmodi utuntur, potuerint, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & aequè principaliter, sine ulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus nostra de non concedendo Indulgentiis ad iustas, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat valituris.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae

Urbanus deputationem facit, de qua in Rubrica.

Contraria tollit.

Transumptis que fidem addit.

Obstantium det. gatio.

Transumptum fides.

Dat. die 30. Jan. 1625. An. II.

Proximam.

Peste in Sicilia grassante.

Dat. die 30. Jan. 1625. An. II.

munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CIII.

Ex Reges. in Secretis. Brev.

Monentur Locorum Ordinarii, ut Christiani fideles per Concionarios hortentur ad succurrendum indigentibus Sacrorum Locorum Hierusalem.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Salvatoris, & Domini nostri, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices, gravissimasque apostolicae servitutis curas, hanc praeceteris in visceribus gerimus, ut tanti, ac tam salubris Ministerii monumenta, quae in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

Propter angustias Fratrum Ordinis Minorum in Civitate Hierusalem.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine animi nostri dolore accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis minorum Sancti Francisci de Observantia in civitate, & locis praedictis existentes variis, atque extraordinariis exactio-nibus, angustiis, aliisque molestiis ab impia Turcarum tyrannide jugiter vexentur.

Pontifex Locorum Ordinarios monet, ut populos ad eum succurrendum hortentur.

§. 2. Nos eorumdem fratrum salutem, atque statum, nec non sacrorum monumentorum huiusmodi conservationem, & mantentionem, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes, Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios locorum Ordinarios in Italia existentes per vicerae misericordiae Dei nostri requirimus, & in Domino hortamur attente, ut in proxime futura Quadragesima Fratrum in Civitate, & locis praedictis commorantium necessitates, eorumdem sacrorum Monumentorum conservationem, & mantentionem per verbi Dei praedicatores populo proponi, & commendari, omnesque, & singulos ad elemosinas pro praemissis liberaliter porrigendas excitare.

Et elemosinas Commisario tradit eum.

§. 3. Eas vero, quas a Christianis propterea erogari contigerit, ad manus personae fidei, & facultatis idoneae per eisdem Ordinarios deputanda ad effectum illas Commisario a dilecto filio Magistro generali ejusdem Ordinis ad hoc deputato, seu deputando realiter, & cum effectu consignandi, pervenire curent, & faciant, quod & omnipotenti Deo honorum omnium retributori acceptissimum, Nobis vero gratillimum erit.

Fides transumptis addit.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae mu-

nitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique adhibeatur, quae ipsis originalibus Literis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Februarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 7. Februarii 1625. An. II.

CIV.

Jubet sub poena excommunicationis, & privationis vocis activae, & passivae, ne ex Bibliotheca Genuensi Ordinis Minorum extrahantur quomodolibet libri.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Conservationi, & mantentioni Bibliothecae domus regularis Jesu Mariae nuncupatae Januensis, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, quantum cum Domino possumus, consulere, ac dilectum filium Laurentium de Peyrinis Provincialem Provinciae Januensis ejusdem Ordinis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ipsumque, & dictam domum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; supplicationibus ejusdem Laurentii Provincialis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Ne de cetero quavisquam, quavis auctoritate fungens, quovis libris, quinquena, folia, sive manuscripta, sive impressa, dicta Bibliotheca hactenus assignata, & in posterum assignanda, quovis quovis colore, vel ingenio, causa, vel occasione dicta Bibliotheca extrahere, sive ut extrahantur, vel removeantur, permittere quoquo modo audeat, seu praesumat, sub excommunicationis, & privationis vocis activae, & passivae poenis per contrascentes incurrendis, apostolica auctoritate, tenore presentium, interdicimus, & prohibemus.

Mandat pro ut in rubrica.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, domus, ac Ordinis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod presentis prohibitionis copia in valvis dictae Bibliothecae, aut aliquo alio perspicuo loco, unde ab omnibus cerni possit, continue affixa remaneat.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 13. Februarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Contrariis detegat.

Dat. die 13. Februarii 1625. An. II.

Nun-

Noncius Apostolicus apud Hispaniæ Regem
Collector deputatur Pecuniarum ex red-
ditibus Cruciatæ Fabricæ Basilicæ Princi-
pis Apostolorum solvendarum.

Venerabili Fratri Julio Episcopo Gravin-
noſtro. & Apostolica Sedis in Regnis
Hispaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis frater salutem. & apostolicam
benedictionem.

Philippus Rex
ex redditibus
Cruciatæ qui
dam partem
Fabricæ San-
cti Petri se so-
lutorum ap-
proniferat.

§.1. **C**um aliis fel. rec. Paulus Papa V.
Prædecessor noster ex causis tunc
expressis concesserit facultates Sanctæ Cru-
ciatæ in Regnis Hispaniarum, in locis in di-
cti Pauli Prædecessoris nostri Literis nomi-
natis, ad sex annos, & nomine cla. me. Phi-
lippi III. Hispaniarum Regis Catholici, di-
lectus filius noster Gaspar tituli S. Crucis in
Hierusalem Presbyter Cardinalis Borgia
nuncupatus pollicitus fuerit, quod Thesau-
rarii Pecuniarum ex facultatibus hujusmodi
proventuum summam centum millium
ducatorum auri in auro eidem Paulo Præde-
cessori, aut cui per eum ordinatum fuisset,
in subventionem Fabricæ Basilicæ Principis
Apostolorum de Urbe, viginti sex millia
singulis annis primo currentibus dicti sexen-
nii persolverent.

Pontifex ad
eam percipien-
dam Nuncium
Apostolicum
deputat.

§.2. Nos cupientes fabricam hujusmodi
omni ope promoveri, ac de fide, integri-
tate, & diligentia tua plurimum in Domino
confidentes, te ac pro tempore existentem
nostrum, & Sedis Apostolicæ in Regnis
Hispaniarum Nuncium ad summam centum
millium ducatorum hujusmodi, seu dictæ
summæ residuum debitum temporibus a præ-
dictis Thesaurariis, seu aliis personis pecu-
nias prædictas solvere debentibus per se, vel
alium, seu alios loco tui, periculo tamen suo
deputatos petendum, exigendum, levand-
um, & recuperandum, & de exactis, le-
vatis, & recuperatis quietandum, & absol-
vendum nostrum, & prædictæ Fabricæ pro-
curatorem, & commissarium auctoritate
apostolica, tenore præsentium facimus, con-
stituímus, & deputamus.

Qui illam Pra-
fectis d. Fab-
ricæ solvere
teneatur.

§.3. Volentes quod omnes, & singulas
pecuniarum summas per te pro tempore sic
exactas, ac prout in dies illas exegeris, Ve-
nerabili fratri nostro Francisco Mariæ Epif-
copo Prænestino de Monte, nec non dilectis
filiis nostris Dominico Sanctorum Duode-
cim Apostolorum Gymnasio, Scipioni S.
Chrylogoni Burghetto, Marcello Sanctorum
Quirici, & Julitæ Lantes, Aloysio S. Petri
ad vincula Capponio, Dominico S. Martini
in Montibus Rivarolæ, Petro Paulo Sancto-
rum Nerei, & Achillei Crescentio, ac Hypo-
lito S. Mariæ Novæ Diacono Cardinalibus
Aldobrandino nuncupatis modernis, & pro
tempore existentibus dictæ Fabricæ Præ-
fectis, aut cui, vel quibus dicti Præfecti, seu
eorum major pars ordinaverit, realiter, &

cum effectu persolvas, ac persolvi facias.
Nos enim quid quid in præmissis per te ac-
tum, dictum, gestum, & procuratum fue-
rit, gratum, ratum, & firmum habebimus,
teque de omni, & toto eo, quod Præfectis, &
aliis pro tempore persolveris, aut persolvi
feceris, auctoritate, & tenore prædictis ex
nunc prout ex tunc liberamus, quietamus,
& absolvimus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Pa-
pæ etiam juramento confirmatione apo-
stolica, & quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, & consuetudinibus etiam certam for-
mam in confessione quietantiarum requi-
ren., cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
sub annulo Piscatoris die 17. Februarii 1625.
Pontificatus nostri Anno II.

Derogat con-
trariis.

Dat. die 17.
Februar. 1625
An. II.

CVI.

Revocatio Literarum Pauli V. quibus cave-
tur, quominus Beneficia Civitatis Calari-
tanæ ex Turritano Urbe Originariis, &
v. v. conferantur.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex a Salvatore, & Do-
mino Nostro, qui charitas est, & Deus
Pacis, super universas Orbis Ecclesias, &
Provincias constitutus, ut iuxta verbum
propheticum noxia evellat, & destruat, uti-
liaque plantet, & adificet; ea interdu-
m, quæ certis etiam rationabilibus ex causis a
Sede Apostolica sancita sunt, majoribus ex
causis, quibus præsertim mutua inter Chri-
stifideles charitati, paci, & tranquillitati
consultitur, dissidiisque, & contentionibus
obviam itur, alterat, & immutat, in hisque
solicitudinis, & providentiæ suæ studiis
interponit, prout pia Catholicorum Regum
vota exposcunt, & ipse omnibus rerum,
temporumque qualitatibus matura conside-
ratione pensatis conspicit salubriter in Do-
mino expedire.

Procomium.

§.1. Aliis siquidem a se. re. Paulo
Papa V. Prædecessore Nostro emanarunt li-
teræ tenoris subsequenti videlicet: Paulus
Papa V. Ad futuram rei memoriam. Ad
universalis Ecclesiæ regimen, divina dispo-
nente clementia vocati, inter alia pro popu-
lorum votiva dilectione nihil occurrit præ-
stantius, quam exorta inter Christifideles
Principes, tenebrarum astutia, discordia-
rum fomenta nostræ sollicitudinis occurſu
protinus extinguere, & cujusvis altercacio-
nis, seu dissidii salubriter opera nostra, evul-
sisq; eminibus, pacis, & tranquillitatis dulce-
dinem inter eos, divina Nobis assistente gra-
tia, imponere, & conservare valeamus. Cum
itaque, sicut Nobis nuper non sine animi no-
stri molestia innotuit, a certo tempore citra
varia dissidia, inimicitia, & odia inter dile-
ctos filios Communitates, & homines Ci-
vita-

Reverentur
Pauli Literæ.

Vita-

vitatum Calaritan., & Turritan., seu
Sassaren., ita instigante humani generis
hoste orta sint, scripta etiam typis mandata
cum Omnipotentis Dei offensa, omnium-
que tam Civium dictarum Civitatum, quam
dictarum personarum damnationis periculo,
& Populi utriusque Civitatis hujusmo-
di scandalo emanarint, ipsaque dissidia, ini-
micitia, & odia adeo in animis eorum inva-
luerint, adeoque acerbe vigeant de præsen-
ti, ut si illis durantibus originarios amba-
rum Civitatum hujusmodi, & earum Dice-
cesium Beneficia in eis consentientia pro-
misse, & indifferenter admitti contingerit,
illa inde gravius flagrare, ac fomitem, &
materiam majoris mali concipere, diu-
tiusque ipsi in illis persistere habeant. Nos
igitur, quibus ex officii pastoralis Nobis di-
vinitus commissi debito incumbit, his malis,
& incommodis, quantum in Nobis est, ob-
viare, & ne graviora evadant, & ex nova
aliqua occasione, vel materia ulterius, &
diutius animis ipsorum Civium inhereant,
dissidiisque postea composantur, & seden-
tur, omni, qua possumus opera, ac solici-
tudine procurare cupientes, Motu proprio,
& ex certa nostra scientia, maturaque deli-
beratione nostra, ac de apostolica potestate
plenitudine, harum serie statuimus, & ordi-
namus, quod ex nunc, & deinceps hujus-
modi dissidia, controversis, inimicitis,
& jurgiis vigentibus, seu durantibus, & do-
nec, & quousque illa penitus cessare, & com-
posita esse, ac cives ipsos ad mutuam con-
cordiam, & pacem rediisse confiterit, &
interim ad nostrum, & Sedis Apostolicæ be-
neplacitum omnia, & singula Beneficia Ec-
clesiastica in Civitatibus, & Diocæsisbus præ-
dictis nunc, & pro tempore consentientia,
etiam si illa Canonice, & Præbendæ, Digi-
nitates, Personatus, administrationes, &
officia in Cathedralibus, & Metropolitanis,
vel Collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipse
in Cathedralibus etiam Metropolitanis post
Pontificales majores, aut Collegiatis Ec-
clesiis hujusmodi Principales, seu Parochiales
Ecclesiæ, aut earum perpetuæ Vicariæ, ac
in Romana Curia, vel extra eam litigiosa,
ac de Jurepatronatus laicorum etiam Nobili-
um, & Illustrium, seu eorum, & Clerico-
rum mixtim, ac ex fundatione, vel dota-
tione, aut Indulto apostolico, seu aliis quo-
modolibet qualificata sint, vel fuerint, &
ad illa consueverint qui per electionem astu-
mi, illisque cura imminet animarum (ex-
ceptis iis Beneficiis, quæ de charissimi in
Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Re-
gis Catholici, qui etiam Sardinia Rex existit,
& successorum suorum Jurepatronatus ex
fundatione, vel dotatione, seu ex privile-
gio apostolico nunc sunt, & pro tempore
erunt, ad quæ unquam sub præsentis statuto
minime comprehensa, liberum sit ipsi Re-
gali Catholico nunc, & pro tempore existenti
quavis personas idoneas præsentare) quoties
illa, quæ scilicet de Jurepatronatus Regis
prædicti non existant, per cessum, etiam
causa permutationis, vel decessum, seu
quamvis aliam dimissionem, vel amissio-

Quibus ad am-
putanda diffi-
dia caveatur,
quominus ori-
ginariis unius
Civitatis al-
terius Urbis
Beneficia con-
ferantur.

nem aut privationem, ea pro tempore obti-
nentium, seu Jus in illis, vel ad illa habentium,
aut aliis quovis modo, ac etiam in
aliquo ex mensibus, in quibus vacantium Be-
neficiorum Ecclesiasticorum dispositio Nobis,
& d. Sedis etiam per Constitut. Apostol., seu
Cancell. Apost. Regulas est, vel pro tempo-
re fuerit reservata, vel etiam Ordinariis
collectoribus per easdem Constitutiones, seu
Regulas, vel Literas alternatarum, aut
alia privilegia, & indulta hæcenus conce-
ssa, & imposterum concedenda simul, vel
successive vacare contigerit, etiam si adu
nunc, ut præfertur, vel alias quibusvis mo-
dis, & ex quorumcumque personis, seu per
liberas resignationes, vel cessiones quorum-
vis de illis in dicta Curia, vel extra eam
etiam coram Notario publico, & testibus
sponte facta, aut Constitutionem se: re: lo-
annis PP. XXII. Prædecessoris nostri, quæ
incipit *Execrabilis*, vel assequutionem alte-
rius Beneficii quavis auctoritate collativa-
cent, ac ex eo quod Beneficia ipsa obtinen-
tes, seu in illis, vel ad illa Jus habentes di-
ctæ Sedis Notarii, Subdiaconi, Acolyti, Cap-
pellani, Literarum Apostolicarum Abbe-
viatores, Scriptores, Cubicularii, Scutiferi,
proventuum, & Jurium Camere Apostoli-
cæ debitorum Collectores, & Subcollecto-
res, seu quicumque alii Curia, vel Sedis
prædictarum Officiales, etiam sub diversis
constitutionibus piæ me: Pauli Papæ III.
etiam Prædecessoris nostri suorum, & pro
tempore existentium Romanorum Pontifi-
cum familiarium continuorum Commensa-
lium Declaratoriis comprehensis, presentes,
& futuri, quocumque nomine nuncupati, seu
qui ex quavis alia causa dispositioni aposto-
licæ specialiter, vel aliis generaliter refer-
vata, aut ex generali reservatione apostoli-
ca affecta, seu ad Sedem eandem devoluta
existant, vel fuerint; originariis, & natura-
libus alterius Civitatis, seu Diocæsis, nem-
pe, quæ in Civitate, & Diocæsi Calaritan.,
constitunt, originariis, & naturalibus Civi-
tatis, & Diocæsis Turritan., seu Sassaren.,
quæ vero in Civitate, & Diocæsi Turritano,
seu Sassaren. constitunt, originariis, & na-
turalibus Civitatis, & Diocæsis Calaritan.,
apostolica, vel ordinaria, aut quavis alia
auctoritate conferri nullatenus possint, ne-
que debeant: sed interim originariis, & na-
turales cujuslibet ex Civitatibus, & Diocæ-
sisbus prædictis ad Beneficia alterius Civi-
tatis, & Diocæsis obtinenda inhabiles, & in-
capaces omnino existant, etiam si in eisdem
Civitatibus, & Diocæsisbus Domicilium
contraxerint, & in eis per quodcumque etiam
longissimum temporis spatium commorati
fuerint, & commorentur, ac eadem
Beneficia, etiam si ad illorum Patronorum
præsentationem, sibi conferri, aut de illis
provideri contra formam præsentium obti-
nerint, aut collationibus, & provisioni-
bus hujusmodi, ac aliis dispositionibus,
in eorum favorem desuper factis, seu etiam
motu simili concessis uti, vel eas ratas, &
gratas habere præsumserint, omni, & quo-
cumque beneficio, & officio ecclesiastico per-

cos

eos ubicumque obtento eo ipso absque aliqua declaratione desuper facienda privati sint: ac Ordinarii, & alii inferiores Collatores, & Patroni, qui contra praemissa quidquam attentare praesumpserint, a quorumcumque Beneficiorum collatione, provisione, electione, praesentatione, institutione, & quacumque alia dispositione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant: donec remissionem a Romano Pontifice pro tempore existente meruerint obtinere. Decernentes omnes, & singulas collationes, institutiones, & quasvis alias dispositiones de quibuscumque Beneficiis praedictis, ut praefertur, vel alias quomodolibet qualificatis contra praesentis statuti formam, & tenorem etiam per Nos, & quoscumque alios Romanos Pontifices Successores nostros, dictamque Sedem, & illius Legatos, etiam de Latere, & Nuncios, omnesque, & singulos alios jus, & favorem conferendi, providendi, committendi, eligendi, praesentandi, & alias quomodolibet de huiusmodi Beneficiis disponendi ab ipsa Sede habentes: nec non ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum praesentationem, seu de illorum consensu pro tempore factas ipso iure nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & inane habere, nec per eas cuiquam jus, vel etiam coloratum possidendi titulum tribui posse, & ipsos, in quorum favorem emanarint, illarum prorsus usum, & commodo carere: ac Beneficia ipsa, ut prius, vacare, & quae ex illis dispositioni apostolicae reservata, seu affecta fuerint sub eadem reservatione, & affectione remanere, ac tam illa, quam etiam omnia alia non reservata, neque affecta, de quibus a dicta Sede, vel illius Legatis, seu Nunciis, aut aliis jus, & facultatem conferendi a dicta Sede, ut praefertur, habentibus contra formam praesentis statuti quodcumque dispositum fuerit, ad novam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem dumtaxat pertinere: ab Ordinariis vero, & aliis inferioribus collatoribus cessantibus reservationibus, & affectionibus apostolicis praeter, & contra tenorem huius statuti pro tempore collata, ac etiam ea, quae de iure patronatus huiusmodi fuerint, devolutioni ad Sedem praedictam immediate eo ipso subiacere, illaque omnia a Sede praedicta dumtaxat impetrari posse, nec jus ullum ad resignantis, seu cedentis, etiam in possessione, etiam diutina remanserint, ac resignationes, seu cessiones huiusmodi publicatae non fuerint, redire, vel penes eos remanere, ac praesentes etiam ex eo, quod cause, propter quas emanarunt, coram locorum Ordinariis, etiam tamquam a Sede praedicta delegatis, vel alias quomodolibet examinatae, verificatae, & iustificatae, ipsique Ordinarii, & alii inferiores collatores, & patroni, nec non quicumque interesse habentes ad id vocati non fuerint, nec praemissis consenserint, vel alio quocumque praetextu legitimo urgente, & juridico, de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis

vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, vel quibuscumque aliis Romanis Pontificibus, & dicta Sede, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum statum, in quo erant antea, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub data posteriori, concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, & dictos Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ceterum animarum salutem solliciti intenti Venerabiles Fratres Archiepiscopus Calaguritanus, & Turritanus, hortamur in Domino, ac etiam illis in virtute sanctae obedientiae praecipimus, quatenus pastoralis officii, & ad quod sunt evocati, memores, dissidia, odia, & inimicitias huiusmodi, quibus humani generis hostis animarum eorum cura commissarum perniciem molitur, eminentiori animi cura, ut pios, & vigilantes pastores decet, componere, ac Civitates ipsas animis Incolarum in Christi charitate coalescentibus ad pacem, & unionem revocare studeant; in hoc uno peculiari paterno affectu toti incumbant: nulli labori, incommodo, molestiae mentis, & corporis, quo id consequantur pareant: praecipue autem ad divinam opem confugientes precibus, & sacrificiis Dominum ipsum utrique Civitati praedictae propitium reddere, & ab eo pacis beneficium impetrare contendant. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, in quibus Beneficia huiusmodi fuerint, nec non Civitatum, & Dioecesium praedictarum, ac Regni, & Insulae Sardiniae, in quibus consistunt, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & quantumvis longo tempore observatis, legibus etiam municipalibus, & pragmaticis, ac aliis sanctionibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam super facultate dicta Beneficia conferendi, eius Ecclesiae, illarumque Praesulibus, Capitulis, Civitatibus, Dioecesium, Regno, & Insulae praedictis, earumque Communitatibus, Universitatibus, hominibus, Incolis, superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis de-

rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam vim, validi, & efficacis contractus, seu statuti perpetui, vel legis habentibus, & indubitanter per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, Sedemque praedictam, ac Nos, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & aliis etiam iteratis vicibus in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1607. Pontificatus nostri Anno III.

Sed cum majores inde discordiae fuerint exortae;

Urbanus Pauli Literas revocavit.

Necessariae ad dictas clausulas.

§.2. Cum autem, sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ex contentis, atque dispositis in praesentis literis huiusmodi dissidia, rixae, contentiones, atque discordiae non solum in praedictis Turritano, seu Salsaren. ac Calaritan. Civitatibus, earumque Dioecesium, verum etiam in tota Sardiniae Insula verisimiliter oriri possent, & propterea, ut eis mature obviam eatur, pacique, & mutuae inter eisdem Insulae habitatores, & Incolas concordiae, securius consulatur, idemque Philippus Rex super praemissis per Nos opportune provideri desideret.

§.3. Nos, qui omni cogitatione, omnique cura in id incumbimus, ut Christiani fideles praesertim ecclesiastici in pacis amicitia, & iustitiae cultu reddant Domino abundantes fructus suos, pro ipsius Philippi Regis desiderio, quantum Nobis ex alto conceditur, annuere volentes, supplicationibus eiusdem Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praesentibus Pauli Praedecessoris Literas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, ac viribus, & effectu prorsus vacuumus, nec non revocata, cassa, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua perpetuo esse, & fore, neque personis in praesentis literis huiusmodi expressis quovis modo suffragari posse, seu debere.

§.4. Revocationem vero, & cassationem, abrogationem, annulationem, viribusque, & effectu evacuationem de dictis Pauli Praedecessoris literis, & in eis quomodolibet contentis, & expressis per Nos, ut praefertur, factas, praesentibus literis perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, neque illas praemissas ex eo, quod causa, propter quas emanavit, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

nascent, expressae, verificate, & iustificatae, seu personae huiusmodi, vel alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vel aliis ex quocumque capite, praetextu, colore, ingenio, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari, seu concedi posse; Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios quavis auctoritate fungentes iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogaturque contractibus.

§.5. Non obstantibus praesentibus Literis huiusmodi, ac dictarum Ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Februarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 25. Febr. 1625. An. II.

CVII.

Erectio Custodiae Bavariae Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorem, in Provinciam Reformatorem Discalceatorum Bavariae nuncupandam, cum communicatione omnium gratiarum spiritualium, & temporalium Provinciae Hispaniarum concessarum, ac nonnullis aliis ordinationibus pro bono huius Provinciae regimine.

De istis Fratribus vide in Gregor. XV. Const. XXVI. Onerosa. Tom. V. Par. II. fol. 373. Et ad huius Pont. Const. XL. Romanus. ut sup. fol. 196.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctissimum Apostolatus ministerium humilitati nostrae, licet nullo merito suffragio, per ineffabilem divinae sapientiae providentiam commissum postulat, ut

Exordium.